



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puerulus duobus annis orbatus lummine oculoru[m], visum & lumen
recipit, vbi parentes eius B. virgini seipsos deuouerunt peregrinos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

stupore dictæ Dominæ, ut sine sensu, sine motu quasi emortua permaneret: sed statim postea ad se reuersa sibi que reddita, nullam exinde ab hoste passa est molestiam, Cui certam fidem fecit prædictus Dominus à Picquenia, mensis Septembris anno supradicto: qui comitatus dicta domina multoties adhuc venit ad dictam ædiculam non ingrata gratiarum actione profecuturus Matrem misericordiæ, Virginem Mariam.

*PVERVLVS DVOBVS ANNIS OR-
batus lumine oculorum, visum & lumen re-
cipit, vbi parentes eius B. virginis se-
ipsum deuouerunt peregrinos.*

CAPVT L.

ANno supra millesimum 1589. Octobris, die penultimo, Isaias à Bougnia & Ioanna Motigenia Villici inhabitantes pagum Archianum, vbi ad ædiculam sanctam sanctè perueniunt, voti soluendi gratia facti in honorem Dei & benedictæ Virginis, potestati sunt quomodo eorum proles nomine Iacobus annos tres natus, cæcus fuerat duobus annis integris: sed simul atque pijs precibus confugerunt ad miserorum patronam, simul seipsum Cheruiam peregrinos deuouentes, puer, qui prius orbatus erat lumine oculorum visum recepit: vnde omni cum humilitate ei gratias acturi venerant.